LXXXIV. SVPINVM VICVS (*Trasacco*).

Trasacci nomen antiquum patefecit n. 3849; scilicet fuit ibi (v. adn. ad eum) vicus Supinas satis is, ut videtur, frequens. Magistratus eum nullos habuisse consentaneum est; theatrum ibi aedificatum est, sed a collegio servorum. Cui municipio attributus fuerit, incertum est, hoc tamen certum pertinuisse eum ad Marsorum rem publicam alteram utram aut Antinatium aut Marruvinorum, non ad Albam, nam Supinates tam qui nominantur in titulis Trasacci inventis quam ii quorum n. 3906 meminit in agro Albensi repertus, tribum habent non Fabiam Albensium, sed Sergiam Marsorum. — Adiunxi Trasaccanis paucos lapides repertos in loco dicto Arciprete inter Trasaccum et Ortucchium, ubi callidi rerum antiquissimarum indagatores deprehenderunt Archippen oppidum a lacu Fucino olim haustum (Plin. h. n. 3, 12, 108).

Praeter auctores Marsos supra p. 349 recensitos hic nominandus est frater Bernardinus MEZZADRI, cuius sunt *memorie critiche istoriche della ven. chiesa abbaziale e parrochiale di S. Cesidio prete e martire nella terra di Trasacco* (Romae 1769. 4.).

3847 basis quadrata litteris antiquissimis. Trasacci rep. in fundo Palaritti in cubiculo quodam, iacet ibi ante aedes Iohannis Pauli Sartere.

ϟT · ϟTΛIEDI ·
V · ϟΛLVIEDI
ΓE · ΓΛÇIO
FOVϚNÓ
5 Λ R Λ M

Descripsi. Fernique n. 49.

St(atios) Staiedi(os), V(ibios) Salviedi(os), Pe(tro?) Pagio(s) Fougno aram. — 4 Fougno in lapide est; intellegitur opinor Fucinus, cui item dedicata est n. 3656 (cf. item n. 3887).

3848 [= 5568] prope Trasaccum in ripa lacus PHOEB. (ms.) *All' imposta di una stalla dietro i fossi* BROCCHI. *Alla stalla del macellaro Egidio Colella* MELCH. Hodie Luci in vinea Placidi. — Brunnio Trasaccenses narraverunt titulum translatum esse Neapolim, errore.

S A   S T A · F L
VIC · D · D · L ·
M

Recognovi. Est in vol. I n. 184 (cf. p. 555) et in tabula Ritscheliana XCVIII H ad ectypum a Garruccio subministratum. Phoebonius apud Gud. ms. 225, 2, ed. 47, 5 et in hist. p. 151 (inde pessime Corsignani viri ill. p. 29. 290. 300, ex hoc Mur. 21, 6; Mezzadri p. 11); Rossi apud Cardinalium *iscr.* n. 303; Melchiori ms.; Brocchius descripsit. Inde ego in ann. inst. 1846 p. 105; *unterital. Dialekte* p. 346.

Phoebonius corrupit compendiis male solutis sic:

Phoeb. apud Gud.:	*Phoeb. ed.:*
SAL · SANCTAE	SALVS · SANCTA
FL · VIC	FLAVIVS · VICTOR
D · D · L · M	D · D · L · M

Significatur fortasse *Sa(lvius), St(atius) Fl(avii) Vic(toriae) d(onum) d(ederunt) l(ibentes) m(eritae).* Victoriam intellegi constat ex titulo in eodem sacello olim proposito n. 3849. De nomine parum constat. Cognomini in titulo satis antiquo vix locus est; sed tamen gentilicium non perscriptum item displicet.

3849 [= 5567] Trasacci aliquando in epistylio eiusdem portae, in qua fuit titulus n. 3848. Hodie Luci in vinea Placidi. — Brunnio Trasaccenses narraverunt titulum translatum esse Neapolim, errore.

V E C O ϟ · ϟ V Γ N
VICTORIE · ϟEINQ
D O N O · D E D E T
L V B ϟ · M E R E T O
5 Q V E I ϟ T O R E ϟ
ϟA · MAGIO · ϟT · F
ΓAC · ANAIEDIO · ϟT   sic

Recognovi. Est in vol. I n. 183 (cf. p. 555) et in tabula Ritscheliana XCVIII D ad ectypum a Garruccio subministratum. Brocchius descripsit (inde ego edidi ann. inst. 1846 p. 105 et *unterital. Dial.* p. 346); Melchiori ms.; Garrucci qui vidit *Bull. dell' Inst.* 1861 p. 41, syll. n. 840.

Opportune Garruccius et titulum n. 3906 contulit P. T. Sex. Herenniorum Supinatium et ex venditionis instrumento tabularii Casinatis facto a. 1008 (de Costanzo *atti di S. Rufina* p. 367) locum hunc: *ego M. Dodo sum abitator in territorio Marsicano in Trasaque in ipsa cibitate Supino Marsicano territorio.* Itaque 1 *vecos Supn.* est *vicus Supinas.* — 2 *seinq* quid significet ignoratur; cf. quae observavi vol. I. — 7 fin. F neque est nec fuit.

3850 [= 5569] Trasacci rep. in sepulcreto in sarcophago bisomo; est in ecclesia S. Caesidii.

A · H · L · MENE · V · S · L *m*

Gualtieri cod. Vat. 9144 f. 100; Antinori ms. duobus exemplis et in eph. *nuove memorie del Valvasense* 1759, 2 p. 238 (inde transiit in eph. alias *Novelle della repubblica letteraria di Venezia* 1759 p. 352; excerpta totius Ital. nec non Helvet. litt. Bern. 1760 t. III p. 226).

AH·LMENE·V·S·L·M Antin. ed., METVE·V·S·L·M varia lectio apud Antinorium ms.

3851 [= 5570] Trasacci in atrio ecclesiae.

arma et insignia militaria perite sculpta

Q · TITECIVS · Q · F · SER · RVFVS
PATER

ALFIA · SEX · F
TIT*eci*

3852 [= 5570] Trasacci in atrio ecclesiae.

arma similiter

S · PRIM · PIL ·
trib · MIL

V Q · TITE*cius*
TR*ib* *mil*

Recognovi post Brunnium. Revillas in mappa a. 1735 (inde Mur. 1754, 10 omisso titulo secundo); Gualtieri cod. Vat. 9144 f. 100 et Antinori ms.; Mezzadri p. 10; Marini cod. Vat. 9127 f. 170; descripserunt Brocchi et Kramer (ad hunc tituli n. 3852 partem priorem dedit Kellermann vig. n. 195).